

atque alio caractere, distincta esse, uolui-
 mus. Singulorum paragraphorum compen-
 dia dedimus. Ac ista quidem forma, cum
 gemino, hinc capitum, hinc rerum, indice,
 prodierat, anno c l o l o c c X X X I X. festo
 Michaëlis, editio prior. Haec eadem, quo
 numero, locoque, ab aequis uirtutis FECH-
 TIANAE censoribus habita fit, sola vel opu-
 sculi distractio, indicio esse potest certissimo.
 Ex manifesto uero, constantique bene mul-
 torum desiderio, denuo ut imprimeretur,
 documentum, procul fallendi periculo, ca-
 pere licet, quantum spei affulgeat, fore, ut,
 quod optamus, a cunctis, quibus et ueritas
 et ueritatis defensio est cordi, tam auide ex-
 cipiatur, altera, quam nunc exhibemus, edi-
 tio, quam crebro et enixe hucdum desiderata
 fuit. Quidquid odiosum genus hominum,
 qui ab alieno instituto alieniore sunt animo,
 obiecerit, non me profecto locati, hac in re,
 uel laboris, uel temporis, facile poenitebit

un-